

reliqua exemplis illustrabam. Quo  
quidem in labore, licet virium exi-  
guitati attemperando, nunquam ta-  
men praecepti oblitus sum, boni esse  
viri, non iurare in verba magistri et  
intra limites semel praescriptos subsiste-  
re, sed potius veri regnum propagare,  
seueraeque auctoritatis priorum tem-  
porum iugum excutere. Quorsum  
enim institutae essent profundae viro-  
rum nostri aeui doctissimorum medita-  
tiones de librorum sacrorum origine  
et argumento; quorsum expolita lite-  
rarum humaniorum studia; quorsum  
philosophiae fax accensa et verae reli-  
gionis tradendae ratio emenda esset,  
nisi maiorum praesidiis vti et ulterius  
progredi liceret? Dabunt igitur ve-  
niam magni nominis *Ernestiani* culto-  
res, inter quos etiam ego referri velim,  
si me hinc inde ab auctoris longe eru-

a 5 ditif.